tu corporaliter incarnatum cor-
poraliter miseratum. Verbum quod
quod in se non poterat fieri nec
indigebat dignetur in me digne
et michi fieri secundum verbum tuum
fiat quidem generaliter omni mundo
sed specialiter fiat michi secundum ver-
bum tuum. Require in cedula ✠
~~Explicit hoc opus etc.~~

Lectiones ex historia sancte katherine.

In urbe alexandrina exiit
a cesare Maxencio edictum: ut
omnes simul reges et principes ad
imperii negocia disponenda
properarent. Advenit Costus rex
cypri cum uxore et filia nomine
katherina: que non solum studiis ac-
quisitis verum eciam virtutibus et natu-
rali industria omnibus suis coevis pre-
fulgebat: sed ydolis serviebat
illis diebus mortuus est rex Costus
Manens quoque uxor in urbe quia rex
in suis non erat heres filius sed
filia: quam cum filius cesaris in
disposicione elegantissimam, in moribus
virtuosissimam, in actibus sapien-
tissimam conspiraret: a patre suo sibi
eam tradi peciit in sponsam. Duc-
ta sunt hec ad puelle noticiam: et
ut cesaris nunciis annuat di-
ligencius instigatur. Que respondit
Ego sum natalibus generosa
forma speciosa, sapiencia fluctuo
et diviciis onerosa: quibus
eminencie me sencio super omnes
Absit ergo ut quis lateri meo
sociatur nisi prius in quatuor
virtutibus coequetur. Et licet
adolescentulus iste ortu sit
nobilis divicias habundet:
forma tamen et sapiencia in dissimilis est
Ecce sic katherina refutavit
cesaris natum. ~~In diebus domine~~.
Audiens hec mater cesaris in-
dignacionem formidabat. Heremitam
igitur tenuit consilium: ut a seculo
reposito ea auctor et non conferret
hec quia adultus intelligens
hec. consolatur illa dicens. Est hic
iuxta nemus quidam heremita
confessor volens qui tribulatos
corde confortat et salutem in omnibus
erogat consilium: hunc consule
et quod queris invenies. Re-
assumens filiam suam secum here-
mitam aggreditur dicens: Frater
bone et sancte iuste tribulacionem
meam ad te detuli consolari
me mestam mulierem. Quia tu
refugium factus es meum: et sic in-
cipiens a primo ad ultimum ei
de filia propositum suum enarrat
Cuius dicto: heremita katherinam
secrete alloquitur. Cuius iussit amare

eum qui ligys clauet quam studiis et ipm̄ t̄ indicabo: que subinde aut ubi illam coperio: faciā quod dis. Apportabat ergo ille ymaginem virginis marie: dans ei hanc graciam Adora eam que intemerata et incorrupta et inuiolata filium genuit: virgo ante partum virgo in partu virgo post partum: quam hec representat effigies: ut tibi ostendat suum filium. qui cunctis est nobilior omnibus formosior diuis sapiencior et singulis ditior: cui si copulata fueris fructum eterne vite reportabis. Traxit ergo katherina ymaginem illam ad se et in cubili suo ante eam quantocius parabat: die noctu que mulier qua illa designabat effigies cum filio suo implorare non cessabat. Tercium capitulum. ¶ Quadam die katherina more solito orationibus vacans: et ecce mulier speciosa apparuit illi adducens in manibus iuuenem formositate et pulcritudine nimia adornatum: hic faciem suam autem katherina se intueri non permisit. Dixit ergo hec mulier ad filium: Dilecte fili cur faciem tuam auertis: et in hanc te desiderantem non respicis. Cui undit materna hec puella fonte baptismatis nondum regnata: ideo faciem meam non videbit. Transiens autem

ergo ad heremita: et que ille dixit faciat: et uideat eum. Regressa ergo katherina ad heremitam gesta illi retulit: et ab eo baptizatur. Mox ipsius ei corporaliter aduenerat: et intuitiue se puritatis anulo quodam anulo et ibidem subarrauit. Hic fidelis affectu exaltura ydolorum. Quartum capitulum. ¶ Post hec cum maxencius omnes tam diuites quam pauperes ad allexandriam conuocasset ut ydolis imolarent et christianos imolare nolentes interimeret: katherina tunc erat annorum xviii. assumptis aliquibus de palatio signo crucis se muniens: illuc accessit. Ubi cum multos christianos metu mortis ad sacrificia duci conspexit. Hec vehementi cordis dolore sauciata ad cesarem se audacter ingessit dicens: Quod in tantum stare congregasti multitudinem ad colendam stulticiam ydolorum: glorificam et adora ipsum de virgine natum qui est deus deorum et dominus dominancium. Cum ergo de filii incarnacione sapienter plurima disputasset: stupefactus cesar non valuit ad hoc respondere. Tandem ad se reuersus dixit ei. Sine o mulier. sine nos finire sacrificium: post hoc tibi responsa reddemus. Precepit ergo eam ad palacium duci: et diligenter custodiri. ffinito sacrificio venit cesar ad palacium:

videns quod eius sapientie obviare non posset: mandavit occulte per litteras ut omnes grammatici et rhetores ad pretorium Alexandrinum festinanter venirent immensa munera recepturi: si contionatricem virginem suis assertionibus superarent. Tu autem domine. ¶ Adducti sunt igitur de diversis provinciis quinquaginta oratores: qui omnes mortales in omni mundana sapientia precellebant. Quibus interrogantibus cur de tam remotis partibus evocati fuissent: cesar rudit: Est apud nos puella sensu et prudentia incomparabilis que omnes sapientes confutat: et deos nostros demones esse affirmat. Quam si superaveritis: cum honore magno ad propria redibitis. Cui illi dixerunt. Adducatur coram nobis puella et sua temeritate convicta: nunquam se sapientes vidisse agnoscat. Sed cum virgo certamen sibi imminere didicisset: tota se domino commendavit. Et ecce angelus domini astitit et ut constanter astaret admonuit: asserens quod non solum ab illis vinci non poterit: sed insuper illos ipsos conversos ad palmam martirii destinaret. Cum igitur coram oratoribus adducta fuisset et cum ipsis sapientissime disputaret

et deos apertis rationibus confutaret: obstupefacti illi et quid dicerent non invenientes muti penitus sunt effecti. Tunc cesar repletus ira increpare eos cepit: cur ab una puella tam turpiter se vinci permitterent. Tunc unus magister aliorum sic ait. Noveris imperator quod constanter fatemur quia nisi probabiliorem sententiam de diis quos usque modo coluimus proferas: omnes per sapientiam eius ad Christum convertimur. Audiens hoc cesar: cremari omnes fecit. Ut virgo ipsos confortans ad martirium constantes effecit: et de fide diligenter instruxit. Et quod signo crucis muniti flammis iniecti ita animas domino reddiderunt ut nec capilli nec vestimenta eorum ab igne lederentur. Tu autem. ¶ Cum autem ipsi a christianis fuissent sepulti: tyrannus virgini loquitur dicens. O virgo generosa iuventuti tue consule: et sacrifica diis. Cui virgo. Desine. Ego enim sacrificare Christo: a cuius amore nec blandimenta nec tormenta me poterunt revocare. Tunc ille iratus iussit eam expoliatam scorpionibus cedi et eam in obscuro carcere trudi: ibique diebus duodecim fame cruciari.

Interim quidam prefectus eorum
suasit ut infra triduum quatuor
rotas ferreis serris et clauis
acutis circumseptas pararet: ut tam
horribile tormento virginem di-
scerperet. et ceteros christianos tam dyre
mortis exemplum terreret. Ordina-
tum est ergo ut due rote vno or-
dine voluerentur: due autem contrario
impetu agerentur: ut illa deorsum
lacerando conficeret iste repugnando
nando sursum deuorando impin-
geret. Tunc virgo dominum exora-
uit: ut ad laudem sui nominis et
conuersionem populi circumstantis machinam
machinam dissiparet. Et ecce
angelus domini molam illam cum tanto
impetu diuellendo concussit: quod
quatuor milia interemit. ~~Secundum~~
~~simile est regnum celorum. alleluia. versus.~~
~~Surge virgo et nostras preces pro~~
~~nobis ... tua vox est dulcis~~ Statim
~~Aue domini~~ ¶ Post hec
maxentius katherinam aduocans
ait: quamuis arte magica reginam
et porphirium meum dilectum mo-
ri feceris: si tu resipueris prima
in palatio meo eris. Hodie ergo
in diis sacrificia offeres: aut caput
amittes. Cui illa: Fac quicquid
vis: paratam enim me videbis ad
omnia sufferenda. Data ergo super
eam sententia: decollari iubetur.
Cumque ad locum ducta fuisset:
erectis oculis in celum orauit
dicens: spes et salus credentium:
o decus et gloria virginum Ihesu bone:
obsecro te ut quicumque passionis
mee egerit memoriam. seu in
exitu anime sue uel in quacumque necessi-
tate me inuocauerit. tue propiciacionis co-
sequatur effectum. Facta est ergo vox
ad eam dicens: veni dilecta mea:
ecce tibi celi ianua aperta est
et his qui passionem tuam celebra-
uerint presidia promitto de celis:
statim decollata. Tunc autem. Cum
decollata esset katherina: de eius
corpore lac pro sanguine emanauit.
Angeli autem corpus eius accipientes ab
illo loco ad montem synay itineris
plus quam viginti dierum. et ibidem
honorifice sepelierunt. Ex cuius ossi-
bus indesinenter oleum manat. quod
cunctorum debilium membra sanat. Fertur
quod cum quidam beate katherine de-
uotus extitit et eam crebro in sui
adiutorium inuocaret? processu
temporis deuocionem amisit: ipsam inuocare
cessauit. Cum autem in oracione
positus esset: vidit multitudinem virginum
ante se transeuntem inter quas una
pre ceteris candidior videbatur?
Que cum sibi appropinquasset faciem suam
operuit: et sic cum facie ve-
lata transiuit. Cuius splendorem
cum ille nimium miraretur et

que eer interrogaret: Unde eo
eis respondit. Ecce ego katherina:
quam olim cognoscere solitus eras
Talis autem qualis ea cognoscere non videris:
coram te facie velata tamen a
te incognita permansit ~~Tu autem~~
~~domine miserere~~. etc

Indulgentie ecclesiarum urbis rome.

Gregorius remisit singulis
peregrinantibus quocumque tempore
anni venientibus ad ecclesiam sancti
petri apostoli. Ad ecclesiam sancti pauli
apostoli / ad ecclesiam sancte marie maioris
ad ecclesiam sancti iohannis de latrio
et ad ecclesiam sancti laurentii quo-
niam / causa devocionis oracionis
et peregrinacionis sine peccato mortali
peccata oblita / vota fracta / offen-
sas patrum / sine manuum iniectione
minuit in domino relaxat ~~amen~~
In ecclesia sancti petri apostoli ad maius
altare .xxviii. anni et totidem
quadragene cottidie conceduntur
Item omnibus ascendentibus ad gradus
ecclesie sancti petri qui sunt .xxviii.
qualibet et quadragesimali tempore
anni ascendit cum devocionis
oracionis et peregrinacionis .vii.
anni pro quolibet gradu cottidie
conceduntur. Item ad quamlibet altare
sancti petri qui sunt ibi apud festum.
.xxviii. anni et durant per octavas
Item ad altare sudarii christi. Ad al-
tare beate virginis. Ad altare sancti an-
dree apostoli. Ad altare sancti gregorii
pape. Ad altare sancti leonis pape.
Ad altare symonis et iude / Ad al-
tare sancte crucis. vii. anni per quodlibet
altare cottidie conceduntur. Item
in festo annunciacionis beate marie virginis
mille anni Item in festo dedicacionis
sancti petri. in octava sancti martini
vii. milia anni et tercia pars
omnium peccatorum remissio. Item quando
in quadragesima sudarium christi monstratur
iii^m anni conceduntur romanis ix^m anni
conceduntur latinis / et xii^m anni
ceteris ultramarinis. Item in festo
sancti petri mille anni Item in die
iovis sancta mille anni Item in cathedra
sancti petri ab ascensione domini usque
ad kalendas augusti .xiiii. anni
Item in ecclesia sancti pauli apostoli ad
maius altare .xlviii. anni et toti-
dem quadragene cottidie conceduntur
Item in festo omnium innocentium .xl. anni
Et qui visitat ecclesiam sancti pauli
singulis diebus dominicis toto anno
habet tantam indulgenciam ac si iret
ad ecclesiam sancti iacobi de gallicia
Item in conversione sancti pauli .L. anni
Item in festo dedicacionis ecclesie sancti
pauli in octava sancti martini vii.